



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

In amore proximi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Sapor mellis iudicatur dulcissimus omnium:
 Sapor enim Divinitatis, quæ est infinita dulcedo,
 tanta suavitas, communicata Palato animæ, & intus
 pervians illam?

CONSIDERATIO

XLVII.

AMOR DEI.

In amore proximi.

Nulla in re ita relucet Amor Dei, ut in amore pro-
 ximi. Christus ascendens in cælum, reliquit sub-
 stantiam in terra, & vult, ut quod sibi debemus, præste-
 mus proximo: *Quod mihi debes, ait apud Augustinum,*
solve: & quod huic feceris, mihi faceris. Considera,
 quantum debeas Christo: non unam, sed centum, &
 octo vitas si haberes. Has igitur omnes debes proximo
 cui Christus debitum nostrum totum transfecit,
 ut transportaret; proximo solvendum est, quod Christo
 debemus.

Cum ergo necessitas aliqua proximi tibi occurrit,
 cogna Christum dicere tibi in corde; *Huic solve, quod
 mihi debes.* Et quid Christo debes? omnia: quidquid
 habes quidquid habes: omnia ergo proximo debes ex-
 pendere.

Considerabo ergo meos proximos, tanquam totidem
 Christos, totidem substitutos, totidem (ut ita di-
 camus) Vice Christos, qui sunt in terra loco Christi, ad
 quos debemus. O quam male hactenus solvi
 debemus! Nesciebam obligationem, quam habui: quia
 non tantum ex Caritate, sed certo modo ex iustitia de-
 beri, quantum possum, satisfacere meo proximo.
 Habebam ergo Deum meum in seipso, amabo eum in sua
 imagine; impendam me servitio eius, quantum
 potuero: præbebo manum proximo,
 offeram eorum Deo.

CON-